

vestras. Qualis verò afflictio corporis in prandio atque cœna, piscibus vinoque corpus atque animum reficientibus vesci? *Inter pulmentaria*, inquit *Jesuita Maldonatus ipse in Job. cap. 21. col. 1944. id est, ωεγο Φάγια*, quæ eadem obsonia dicebantur, pisces principem habuisse locum, quòd in majoribus quàm carnes deliciis essent, apud *Athenæum Myrtilus docet.* Tantum abest, ut Pontificii opus habeant jejunando corpus affligere; quò ipso circa notionem jejunii ab ipsis abimus.

§. 3. Sed magis distamus adhuc quoad titulos, qui ei debeantur. Nobis est *σωματικὴ γυμνασία*, corporalis exercitatio; generali hac voce Apostoli *1. Tim. IV, 8.* jure meritoque utentibus, cùm inter hujusmodi pietatis adminicula, ex
par-